

David Richter


**Memoriam Viri Perquam Reverendi, Præcellentissimi Atque Doctissimi, Domini  
M. Joachimi Darjes, Ecclesiæ Parochialis Gustroviensis Pastoris Senioris ...  
Quam Cum A. O. R. M DCCXXXIX. d. 28 Decembr. Pie Placideque Obdormisceret,  
Atque P. V. A. MDCCXL. d. 2. Februar. Exuviæ Ejusdem Solenniori Funeris  
Apparatu Elatæ Sepulchro Sacerdotali Mandarentur**

Rostochii: Typ. Joh. Jacob. Adleri, [1740]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1806303493>

Druck Freier  Zugang







66 Stücke

Wk1b Gen

2/2 -4°


Inhaltsverzeichnis der Leichenprogramme  
in alphabetischer Ordnung der gefeierten  
Person mit Sterbejahr.

1. Arnd, Karl. 1721.
2. Bademüller, Johannes. 1723.
3. Baltzer, Jakob. 1706.
4. Becker, Heinrich. 1720.
5. Bergk, Catharina v., geb. v. Hecken. 1712.
6. Steinkopf, Margaretha, geb. Christian. 1719.
7. 8. Crohn [Krohn], Johann Adolph. 1750.
9. Darjes, Joachim. 1740.
10. Duve, Joh. Abraham. 1728.
11. Fabricius, Jakob. 1653.
12. Festing, Johannes. 1685.
13. Willebrand, Catharina Christine, geb. Fischer. 1742.
14. Eggerdes, Catharine Marg., geb. Gerdes. 1714.
15. Graumann, Christian Daniel. 1764.
16. Tielcke, Cath. Dorothea, geb. Giesen. 1719.
17. Glück, Friedrich Gottfried. 1707.
- 18-22. Grünenberg, Johann Peter. 1700.
23. Haberkorn, Joh. Balthasar. 1707.
24. 25. Hahn, Julius Ernst. 1751.
26. Henning, Anna Christina, verh. Redeker. 1718.
27. Hildebrand, Christian. 1712.
28. Knesebeck, Heinrich. 1719.
29. Lembke, Agneta, geb. Hinze. 1749.
30. Lesch, Daniel. 1707.
31. Lindemann, Eva, verh. Dugge. 1719.
32. Lindenbergh, Kaspar. 1713.
33. Lüders, Marcus. 1738.
34. Mohr, Heinrich. 1729.
35. Schmidt, Helene Catharina, geb. Petersen. 1756.
36. Radow, Georg. 1699.
37. Müller, Christian. 1740.
38. Niehenck, Georg Vitus Heinrich. 1795.
39. Palthen, Samuel von. 1750.
40. Rhades, Georg Michael. 1758.

41. Rhon, Christoph Gottlieb. 1724.  
42. Schelhamer, Henrica Maria, verh. Burchard. 1720.  
43. Sandow, David. 1752.  
44. *Brasse* (Saß), (Charlotte Wilhelmine, geb. Thymne). 1787.  
45. Schlaff, Agneta, geb. Lembke. 1748.  
46. Vorast, Margareta Sophia, geb. Schleeff. 1758.  
47. Schmidt, Jonas. 1745.  
48.49. Starck, Samuel Christfried. 1769.  
50. Gens Schuckmannia. 1706.  
51-55. Schwartzkopff, Kaspar. 1691.  
56. Senst, Johannes. 1723.  
57. Sibeth, Nikolaus. 1721.  
58. - , Catharina Elisabeth, geb. Siebrandt. 1719.  
59. Sibrand, Catharina, verh. Radow. 1720.  
60. Stever, Christian Michael. 1722.  
61. Tielke, Joh. Joachim. 1724.  
62. Vandewil, Alexandre de. 1684.  
63. Stockmann, Anna Margäreta, geb. Varenius. 1715.  
64. Walther, Matthias Gustav. 1768.  
65. Weidener, Johann Joachim. 1732.  
66. Wolfrant, Dietrich. 1698.

Ko





8

9.

MEMORIAM  
VIRI PERQUAM REVERENDI, PRÆCELLENTISSIMI  
ATQUE DOCTISSIMI,  
DOMINI  
M. JOACHIMI  
DARJES,

ECCLESIAE PAROCHIALIS GUSTROVIENSIS PASTORIS SENIORIS,  
PER XXXII. ANNOS LONGE MERITISSIMI,

QUAM

CUM A. O. R. *et* 1800 d. 28 DECEMBR. PIE  
PLACIDEQUE OBDORMISERET,

ATQUE P. V. A. MDCCXL. d. 2 FEBRUAR.

EXUVIÆ EJUSDEM

SOLENNIORI FUNERIS APPARATU ELATÆ SEPULCHRO  
SACERDOTALI MANDARENTUR,

COMMENDATUM ET CONSERVATUM IBAT

M. DAVID RICHTER,

Gym. Gustrov. Rect.

---

R O S T O C H I I,

Typ. JOH. JACOB. ADLERI, SEREN. PRINC. ET ACADEM. TYPOGR.

IVS in  
laudi  
is, qui  
me al  
udicio  
in Luxi

MEMORIAM  
VIRI PERQVAM REVERENDI. PRÆCELLENTISSIMI  
ATQVE DOCTISSIMI  
DOMINI  
M. JOACHIMI  
DARJES.

ECCLÆSIÆ PAROCHIALIS GUSTROVIENSIS PASTORIS SENIORIS  
PER XXXII. ANNOS LONGE MERITISSIMI,

QUAM

CUM A. O. R. et c. feceretur. et 28 DECEMBER. 1718

PRÆSENTIBUS. CORDAMISSERAT.

ATQVE P. V. A. M. DECK. 4. FEBRUAR.

EXUVIÆ RIGIDEM

SOLENNIORI FUNERIS APPARATU ELATA SEPULCHRO  
SACERDOTALI MANDARENTUR.


COMMENDATUM ET CONSERVATUM IBAT

M. DAVID RICHTER.

Gym. Gultrov. Reg.

ROSTOCKII

TP. JOH. JACOB ADLERI, SERENI PRINC. ET ACADEM. TYPOGR.



Ndignam esse Clarissimorum Virorum & de publica re bene meritorum memoriam, quæ cum morte & funere Eorundem ex grata posteritatis recordatione aut ejiciatur omnis, aut turpi oblivioni mandetur, nemo negabit unus. Jis certe, qui aliquam cupiditatem habent notitiæ Majorum, suis meritis insignium, nihil solet esse dulcius his quidem libris, ex quibus Tantorum Civitatis nostræ luminum propagines possint cognoscere, modo Eorundem cognitio ad quorumvis etiam notitiam transire potuisset.

Suis laudibus digna utique sunt optimorum carmina funebria, in luctus societatem plerumque venientia, aut defunctorum discessum non immerito deplorantia. Raro autem admodum ex adstricti numeri legibus vitæ instituta exhibent consilia, rationesque, quibus beate mortui operam dederunt, ut in Patriæ luce versari potuerint. Ex his autem posterius sibi vestigia seligunt, quæ sequenda arbitrantur, aut si per novercam fortunam eadem exprimere nequeant, saltem æmulantur & venerantur. Talia autem prestat, successoribus reliquit vestigia IS, cujus gratam memoriam ab oblivione vindicatum ibimus

### M. JOACHIMUS DARJES, Rostochiensis,

Natus enim est in amplissima Civitate & Musarum emporio, Rostochio, ita, ut nec obscuro genere, nec tenui fortuna fuerit ortus: Patre enim usus honestissimo Viro, *Henrico DARJES*, Cive Rostochiensis facile primario & Mercatore florentissimo, Matrem venerabatur *Sophiam WITTERIAM*, omnibus, quæ sexum sequiorem commendare solent virtutibus, ornatissimam. His editus parentibus lucem adspexit A. O. R. 1678. d. 8 Aprilis, primaque pueritiæ tempora ita transegit, ut præter pietatem & obsequendi studium, honoratissimis suis Parentibus fuerit in deliciis, præsertim cum igniculos ingenii alacrioris sæpissime ederet. Senecæ proinde consilium (de Irall. 18) *Plurimum, iniquitatis, in reliquam vitam proderit, pueros statim salubriter institui. Facile est enim animos adhuc teneros commovere, difficulter reciduntur vitia, quæ nobiscum creverunt.* Optimi Parentes secuti, mox eundem clarissimæ Rostochiensium Scholæ Oppidanæ fingendum refingendumque tradiderunt. Nactus

( 2

hic

hic est singularem in formandis ingenii Doctorem, *b. Joachimum OTTONEM*, quem nostrum deinde Gymnasium illinc avocavit Rectorem, qui & calcaribus non minus scienter quam frenis uti callebat peritissime, cujus quidem præceptis institutionibusque ita semper Beatus Noster Rostochii indulgit, ut optimæ spei puer & haberetur & esset. Aluit autem accenditque discendi pertinaciam frater natus major *Henricus DARJES*, quo duce in studiis & vita instituenda ita usus videtur, ut eundem quoque sibi ipse delegerit ad imitationem. Hic enim cum Anno 1688. mense Julio jus Civitatis Academicæ jam impetrasset, cum Rector Illustri Academicæ præfesset *Christophorus REDEKER*, *J. U. D. & Profess. Celeberrimus*, & Ducalis Consistorii Adfessor spectatissimus, ita se ad claros & sapientes Viros conferebat, ut facile Civibus suis opinionem adtulerit, eorum fore se similem ad quos se applicasset. Quales autem quantosque sua ætas fuerit æmulata æquales, incomparabilis ille promotionis Philosophicæ actus loquitur, cum *Job. Gottlieb MOLLERUS* Græcarum literarum Professor Doctissimus & tunc suæ Facultatis Philosophicæ primum Decanus felicissimus, viginti septem egregiæ doctrinæ Studiosos, An. 1695. d. 25 Maji, Laurea Philosophica ornaret, quorum singuli ita virtutum studiis eruditionisque flumine ducebantur, ut nominis quoque sui claritatem meritum gloria superaverint vere præcellentissima. Renunciabantur autem tunc publici Philosophiæ Artiumque liberalium cum *Henrico Darjes*, Magistri, *Henricus Wendeker*, Archid. Wism. *Job. Christoph. Jauchius*, Eccl. Lunæb. *Ulr. Darjes*, Rostoch. Past. mox Parch. *Petrus Becker*, Math. Prof. & Past. *Jacob. famigeratissimus*, *Jo. Joach. Weidner*, Theol. etiam post fata insignis, *Car. Arndius*, Literator cultissimus, *Fr. Alb. Epinus*, vere excellens, *Job. Wilb. Stricker*, de Neobrandenb. schola & ecclesia optime meritis, *Bernh. Petr. Karl*, Osnabr. δι' ἐμφυσίας καὶ διὰ Φυσίας notissimus, *Henr. Asc. Engelken*, ex Prof. Theol. Rost. Parch. districtus Præful venerabilis, *Georg. Raphel*, Lunæburgæ ornamentum aliique quamplurimi haud infimi subsellii Doctores. Aliquanto etiam post, cum antea sub præsidio STEINIANO publicæ eruditorum ventilationi Respondens commississet *Meditationes Politicas*, Ecclesiæ Boddinensi Pastor fuit legitime vocatus, cui per quam plurimos annos multa cum fide profuit. Vir profecto fuit, quo rura vix digna videri poterant, quia Mathematicorum apodixes ita habebat perceptas, ut ex sermonibus illius facile intelligere potuerimus, ex *Erhardi Weigelii* scholis non leviter eundem profecisse, sed in Arte Inveniendi probe exercitatum ex cultumque produisse. Nostras proinde, frater natus minor, *Joachimus DARJES*, simul ac juvenis esse cœpit, pariter in hominum ignoratione versari porro noluit, sed majora spectare & ad ea rectis studiis cœpit contendere. Annum ergo ætatis agens XVII. albo studiosorum Academicæ Rostochiensis nomen suum inscripsit A. P. V. 1695. die 2 Maji, cum Sceptra Academica præferrentur *Viro Magnifico & Experientissimo*, *b. Dn. D. Bernh. BARNSTORFIO*, *Medic. Profess. perquam inclyto*. Audivit itaque in sua Athenarum Patria eos Cratippos, quorum quivis scientia eum augere potis erat, Philosophiæ namque præcepta postquam a Clarissimis ea quidem ætate Viris hauserat, totum se dedit studiis Theologico-Exegeticis, ita quidem prudenter, ut in Hebraico-Exegeticis ducem sibi sequendum statuisset *HABICHHORSTIUM*, in Thetico-autem Anhitheticis, symbolicis, historico-ecclesiasticis præeuntem sequeretur *b. FECHTIUM*, sed in Disputatoriis *b. QUISTORPII* auctoritatem veneraretur. Præter hos Patriæ nostræ Augustinos, assiduus quoque auditor lateri adhæsit Chrysostomi nostri Meclenburgici, *b. GRUNENBERGII*, in Collegiis Biblicis varii quidem generis, quia hujus quidem oratoris & facundia & ingenii flumine mirifice trahebatur. Haud tamen confusus domestica institutione, eandem cum exterorum scientia conferre gestiebat, Kiloniensem adiurus Academiam, in qua *OPITIOS*, *MUHLIOS* atque *MORHOFIOS* ita quidem audivit, ut melior doctiorque semper ab iisdem recesserit, atque ultra anni spatium apud eosdem hæserit. Patriæ enim suæ desiderio adeo non duceba-

ceba-

cebatur, ut eandem quoque ne repetere quidem maluerit, quin potius quia  
 quennio academico laudabiliter defunctus, Hafniam contendere statuerit, ut  
 LUTKENIUS præsertim studium Ejus in Exegeticis proficiendi, quo ardentissime  
 flagrabat, multisque aliis præstabat, abundantissime sedaret atque restingeret.  
 Commodè autem atque peropportune accidit heic, ut, S. R. M. Daniæ Consiliario  
 intimo, Excellentissimo atque Illustri Domino de PLESSEN dignus judicaretur  
 quem suis filiis, in summa quoque hodie aula Regiæ gratia florentibus, præficeret  
 erudiendis, quo tanto diutius bellariis Lutkenianis uti fruique posset. Hanc spar-  
 tam cum aliquamdiu ornasset, & Theologorum Hafniensium gratiam atque favo-  
 rem sibi conciliasset, tandem amore exegeleos sacra ductus, Gottingam se contu-  
 lit, ubi per suæ doctrinæ ubertatem vitæque probitatem sic summis Viris placuit,  
 ut a genuino Sandhagenii discipulo, intimoque ex paucis amico, Viro S. R. Dn. Su-  
 perint. BUTEMEISTERO in familiaritatem reciperetur, facultatemque conseque-  
 retur Ejusdem consilia in studio harmonico, quo mirifice semper delectatus fuit,  
 quoties opus erat, sollicitandi & adeundi. Denique vero laudatissimum cepit  
 consilium, collectos eruditionis thesauros ita cum Patria sua communicandi, ut  
 quem suo pridem merito Magistri Philosophiæ honoram, ultro etiam delatum,  
 adipisci potuisset, nunc ambitet & impetraret. Cum enim An. 1704. d. 15.  
 Julii Procancellario b. GRAPPIO, & Decano Facult. Philos. Henr. Christ. TIELKIO, J.  
 U. D. & Eloquent. Prof. septem eruditissimis Candidatis, nempe Georg. Henr. Ha-  
 berkorn, Erfurd. post Consil. Consist. Job. Balb. Nibenkio, Diac. postea  
 Mar. Rostoch. Joachim. Prussing, Past. & Præpos. deinceps Svanens. Johann.  
 Carlbergen, Sveco. Erhard Sprengeln, Rectori adhuc Schol. Rostochien-  
 sis optime merenti, & Georg. Nicol. Ockeln, Past. Halensi, summi in Philosophia  
 honores conferrentur, Noster Beatus primum ante nominatos locum obtinuit, quem  
 ita quoque per omnem ætatem sustinuit, ut variis ingenii speciminibus patriæ bo-  
 nisque omnibus probaret, se non frustra Philosophiæ Magistrum fuisse creatum.  
 Haud enim solis concionibus habendis, quæ communi tamen omnium applausu  
 excipiebantur, operam dabat, sed in cathedra Theologica aliquoties, ita ingenii  
 sui vires explicabat, ut facile omnes judicarent, talem Eum futurum, qualem  
 nunc Gustavovienses cognitum laudatumque fuerunt experti. Hinc sub præsidio  
 GRUNENBERGII cathedram ascendit Theol. & A. 1705. d. 22 Maji, Apostolorum  
 Acta Biblica inde a Paulo baptizato usque ad S. Canonis finem, strenue defendit Re-  
 spondens. Præcepta interim artis homileticæ cum examissim teneret, eadem  
 non solum studiosam Rostochiensis Academiae coronam docuit, sed elaboratas  
 quoque ex eorundem institutionibus textus dominicales per integrum totius anni  
 circulum Auditoribus, qui Eodem utebantur intime, tradidit. In hoc labore  
 cum totus sudaret, vitæque Academicæ dulcedine traheretur, accidit non sine Dei  
 providentia & ductu, ut dignus b. M. Joh. Hövet, quo vix per sexennium Gustavo-  
 vienses gavisi sunt Pastore Parochiali, successor quæreretur. Tres præclarissimi  
 egregiusque animi dotibus instructissimi Viri-Juvenes, M. Matthias Henricus Egger-  
 des, qui non ita multo post, Anno nempe 1710, a Magnif. Rostoch. Senatu, Eccle-  
 siæ Rostoch. ad Spirit. S. datus fuit Pastor, M. Joachimus Darjes, & M. Christ. Henr.  
 Schulemannus, quem Sulzenses sibi mox vendicarunt, digni fuerunt habiti, quibus  
 prudentissimi Patriæ nostræ Civitatis Patres conscripti hanc sortem committerent.  
 Mox cum An. 1709. Dom. XV. post Trinit. his Triumviris conciones injungeren-  
 tur docimasticæ, vario quidem suffragiorum studio certabatur, major vero audito-  
 rum & parochiæ pars, ad partes M. Darjes accessit, eumque suum rite electum sa-  
 lutavit Pastorem. Suam hic suis facundiæ & literarum copiis parem invenerat  
 sarcinam, amplissimumque campum, in quo non ingenii solum, sed ipsius quoque  
 corporis vires, nec periclitaretur, nec ostentaret, sed multo etiam cum sænore ab-  
 undantissime, data quavis occasione, explicaret atque suæ Parochiæ probaret, id

quod tanto majori studio atque contentione præstare eundem & decebat & oportebat, quanto majori animi ingenique præstantia, nominis etiam paterni gloria inclutus habebatur & erat b. *Job. Ehrenfried Pfeifferus*, Collega ejusdem per quinquennium conjunctissimus, qui solertiam ejusdemque ingenii felicitatem provocare videbatur. Intelligi autem tum non potuit uter alterum plus coleret, Pfeifferus an Darjes? & id quod solet esse difficillimum efficiebat, ut inter quos tanta eloquentiæ æmulatio esset, nulla intercederet obtrectatio, essetque talium virorum copula, ipsaque Ecclesia valde tanta fratrum concordia delectaretur, (ut *Corn. Nepotis* verbis in *vita Attici* cap. 5. §. ult. utar.) Sed non diutina fuit hujus quidem jucundi mutuique certaminis oblectatio, quia mox per inopinatam b. Pfeifferi mortem, subita facta est rerum omnium commutatio. Tantum vero abest, ut qui ejusdem fata excipiebat annus gratiæ, nostrati factus fuerit molestiæ, ut eundem quoque, quæ Dei gratia per varia pericula laborumque molem variam superaverit, artusque suos & lacertos ita firmos robustosque semper senserit, ut pares eisdem oneri suo ferendo fuerit expertus. Ad hanc corporis firmitatem plura etiam animi bona acceperant. Erat enim comis atque facilis, linguarum peritus, Orthodoxiæ tenacissimus, veritatis amans, temporibus sapienter utens, animo maximo, *nil veritus vitis nigrum præfigere ibeto*. Quanta etiam ad aliorum inopiam sublevandam usus fuerit fide, illi prædicabunt, qui hilarem hunc datorem acerbe amissum deplorant. Sic probe etiamnum recordor, b. Senem, superfite etiam Pfeiffero, aliquoties fatorum clementiam & *Joachimici nominis fortunam* laudasse, quæ tanta ubertate *Gustroviensibus* de *Joachimis* prospexisset, ut in singulis collegiis primus ultimusque hoc nomine essent insignes. Cum enim curia *Joachimum NESEN* suum coleret Consulem, novissimus Senator eodem utebatur prænomine. Sacrorum summum Antistitem venerabamur *Joachimum SCHRODERUM*, se autem ultimum sacri ordinis palam & aperte nominabat. Gymnasio Rector præerat *Joachimus OTTO* & Collegarum ultimus erat *Herm. Joachimus SCHMID*, meus avunculus. Ex scientiis autem Theologicis harmonicam Evangelistas, quinimo universam scripturam, conferendi peritiam & diligentiam, ita tenuit exercuitque, suis quoque Auditoribus probavit, ut in eadem sola laborasse visus fuerit. Nimiis, licet non inutilis forem, si de annuis ipsius methodis, quibus in explicatione textuum dominicalium usus fuit, pluribus referrem: Non enim triviales, neque violentæ, neque incompositæ erant, sed exquisita doctrina refertæ, suaque sponte dicendi occasionem ita aperientes, ut velut ex ungue de leone, ita ex initio etiam statim de omni futuro orationis habitu judicari quam facillime potuerit. Valetudine etiam usus fuit satis prospera, neque nisi raro admodum Medico manum porrigere solebat. Sed circa finem superioris Anni 1737. forma sua recessisse videbatur, neque nos eundem, sed umbram nomenque M. Darjes relictum videbamus. Vires etiam corporis ita adfectas intelligebant boni, ut mox circa veris proximi initium, variis adversæ fortunæ procellis agitato, vigorem ingenii obtusum, memoriam labantem, viresque labefactatas & exhaustas deprehenderemus. Spartam nihilofecius quam gestabat, omni studio atque opera ornasse conatus est. Cum autem proximo d. 25. Decembr. scalæ in templo ascendendæ obscurior gradus vestigium falleret, ita venerandus Senex ex infelici casu fuit adficietis & effecti corporis compages agitata & concussa, ut vitæ sibi finem imminere Ipse præsenferit. Totus itaque ferebatur ad dignum beatumque ex hac equidem mortalitate discessum, atque accedentis conjunctissimi sui Collegæ, Dn. M. *Job. Georg. LUGERI*, admonitionibus in fide erga unicum Salvatorem corroboratus, exemplo S. Stephani protomartyris proposito, mire excitatus, aliisque solatiis de sola in Deum conjicienda cura recreatus, porrecta manu dicens: *dabey solls bleiben*, acquiescebat, divino auxilio expectando unice intentus. At sequenti die præter spem invasit eum sopor lethiferus, ita ut ad repetita colloquia advolantis iterum dicti sui Dn. Collegæ, nihil nisi aliquot suspiria ederet, atque ita post acceptam benedictionem sacerdotalem, inter preces & lacrimas tristis-

fimi

fimi Collegæ & reliquorum adstantium, animam Deo placide redderet, d. 28 Decem-  
hor. 12. merid. A. R. S. 1739. postquam vixisset annos 61. & menses 8. officio au-  
tem suo sacro præfuisset annos XXXI. menses III.

Restatur ut paucioribus quoque de domestica Ejusdem vitæ ratione ex-  
positam, ut appareat non minus eundem bonum Civem bonumque Gregis  
sui Pastorem, sed bonum quoque suæ Gentis se gessisse Patremfamilias. Post-  
quam igitur A. 1709. dom. 15. post Trinit. ut supra audivimus, Pastor Ecclesiæ  
suæ fuerat electus, rei familiari operam dare cœpit, sed varia subinde fortuna,  
quæ ter conjugium renovasse, mox audiemus.

Primam thori sui sociam sibi elegit d. 7. Febr. Ann. 1709. *DOROTHEAM*  
*ELISABETAM STEMWEDIAM*, b. *Job Christoph. TITII*, Medicinæ apud Par-  
chimenses & Lubizensis Doctoris atque Practici experientissimi, relictam vidu-  
am, quæ ex hoc priori conjugio unicam filiam *Augustam Margaretam Wilhelminam*  
*Titiam*, habuerat superstitem, quam B. Nostras ita tenere dilexit, aluit educa-  
vitque, ut A. 1727. d. 4. Decembr. elocaretur, nuberetque *Viro multum Reverendo*  
*atque Doctissimo*, Dn. *Joachimo Rudolpho VICKIO*, Ecclesiarum quæ Christo colli-  
guntur, Bafedoviensis & Panstorfiensis, Pastori fidelissimo, ex florentissima splen-  
didissimaque *VICKIORUM* familia oriundo. Ex Nostro autem Beato peperit  
par filiarum lectissimarum itidem par Filiorum Optimorum. Prima namque natu-  
filiarum *Anna Maria* fuit, quam annis sequentibus excepit altera filia *Elisabetta*  
*Catharina*, acerbo B. Parentis sui funeri superstites, & modo lacrumis tota maden-  
tes, quibus piorum Orphanorum Pater & Vindex faustissima quævis retribuatur,  
luctumque gravissimum soletur levetur. Faustior vero fuit fecunditas, cum  
charissima *Stemwediam* uno partu par filiorum Marito suo tollendum præbuisset  
A. 1714. d. 23. Junii, quorum prior natu & Patris & hujus Collegæ æstumatif-  
sima nomina honoratissima *Joachimi Georgii* retulit, vivaciorque fratre gemello  
altero, *Carolo Godofredo* fuit, qui octavo a baptismo die una cum Matre expira-  
vit. At vero *JOACHIMUS GEORGIUS DARJES*, non solum ætatem tulit,  
sed iis quoque artibus scientiisque eandem excoluit, ut cum nostrum Gymna-  
sium aliquamdiu diligentissime multa cum laude frequentasset, post varia ea-  
que eximia suæ eruditionis edita specimina & exacta tempora in Acad. Rosto-  
chiensi editumque Præsidi b. *WEIDNERO*, specimen publicum, inter Philosophiæ  
Magistros Jenensium Academiæ nominis sui famam egregie illustraverit & ab  
Spectatissimo Philosophorum Ordine suo quoque Collegio fuerit Adjunctus ad-  
scriptusque, quem Amplissimæ Dignitatis gradum novo nuperrime auxit excel-  
lentiorique honore amplificavit, cum præviis examinibus superatis & dissertatione  
Inaugurali de *Tutela Pactis tam in Jure Romano quam Germanico fundata*, Ejusque in  
soris usu sub Præsidio Magnifici Dn. *Dieter. Herm. KEMMERICHII*, Sereniss. Ducum  
Saxon. Consiliar. & Facultatis Juridicæ Scabinatusque Præsidis Ordinarii & longe Specta-  
tissimi, communi unaque Omnium laude ventilata, in frequentissima panegyri,  
ab Excellentissimo Jenensium Professorum & Juris Consultorum collegio, Sum-  
mi Eidem in utroque Jure honores rite conferrentur. Multo certe b. Parenti  
suo gaudio fuit ejusque senectutem solari solebat pertinax indefessumque Fi-  
lii Studium, quod literis addiscendis tribuerat, cum dies noctibus continuaret,  
totusque esset in numerorum & Geometrarum rationibus pervestigandis, Juris-  
que abditis exhauriendis. Singulari etiam perfundebatur lætitia, quoties trium-  
Gymnasii nostri alumnorum recordabatur, quos ejusdem Ecclesiæ Pastorum Pa-  
rochialium filios, optimæ spei Juvenes ad Majora natos factosque sciebat, *Darjesi-*  
*um* puto, Filium, *M. Joach. Ebfrenfried Pfeifferum*, atque *M. Thomam Christoph. Lu-*  
*gerum*, maxime cum figulos decendi munere in florentissima *Salana*, nec sine  
Multorum applausu nec sine singulari rerum præclare gestarum gloria peritif-  
sime defungi constaret. Nobis vero multum etiam valere ad Patris honorem  
pietas Filii videbitur, qui quanquam afflictus luctu non adest, (neque enim  
per Prælectiones Academicas in quam plurimorum gratiam institutas adesse li-  
cebit


cebit) tamen sic animati esse debemus, ut Ille si adesset. Est autem ita affectus, ut nemo unquam unci filii morte magis doluerit, quam ille mœret Patris. Equidem etiam ad famam *Excellentissimi Dni Doctoris & Amplissimi Facultatis Philosophicae Adjuncti*, filii, arbitror attinere, ut videatur honorem debitum Patri præstitisse, quam nullum monumentum clarius b. Noster relinquere potuerit, quam effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenii, **FILIUM**, cujus luctus aut his honestioribus solennioribusque Paterni funeris exequiis, aut nullo solatio levare potest, ut *Ciceronis* verba ex Philippica Nona, num. 12. mea aliquantis per faciam. Sexennium interim primum hoc Conjugium, quater sua prole beatum, duraverat, quod mox


Novæ cum **ANNA SOPHIA TROYA**, *Viri Amplissimi Johannis Danielis TROYEN, Causarum in Supremo Inferioribusque Foris Patroni clarissimi, Ordinis Senatorii Senatoris optime meriti*, filia, nuptiæ, A. 1715. circa Michaëlis festum celebratæ, sed Septimestres saltem futuræ, sunt secutæ. Dilectissimam enim hanc Conjugem præmatura morte B. Noster A. 1716. mens. April. sibi ereptam lugebat. Prioris ergo conjugii pignora matrem præstolantia, ipsa rei familiaris lacera conditio animum Vidui expugnarunt, ut utrique malo medelam allaturus, nova consilia caperet de redintegrando tertia vice conjugio, quæ etiam latis ominibus ite perfecit, ut cum

**ANNA CATHARINA SIEBETHIA**, A. 1716. d. 24. Novembr. sacra tertii Conjugii fœdera iniret, filia *Viri Jctissimi*, Dn. **CAROLI SIEBETHII**, *Judicii Aulico-Previncialis Adressoris Spectatissimi & Gustroviensium Consulis Primarii*, qua cum faulta animorum conjunctione per hos XXIII. annos vixit, ut una in utroque Conjugio anima unaque voluntas habitare viderentur, Augebat præterea hanc animorum concordiam lætissima, quam ex eadem bis suscepit, suboles, Pater factus, duarum filiarum ex ipsa formæ Venustate non minus quam Virtutum consortio compositarum, *Anna Catharina* atque postea *Christina Elisabetha* quæ cum mœtissima Matre vidua, afflictisque Sororibus & Fratre unico ex priori conjugio relictis, Mariti acceptissimi, Parentisque indulgentissimi obitum plurimis de causis deplorant. **DEUS** autem Pater Domini nostri **JESU CHRISTI**, Pater misericordiarum & **DEUS** totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhortamur & ipsi a Deo, adeo per Christum in honestissima Matrona vidua liberisque mœrentibus abundare faciat omnem consolationem Divinam, sicuti passiones Christi abundant in **ILLIS!**


2 Cor. 1. 4 sqq.








33  
LBMV Schwerin  
000.188.018





ur, ut eandem quoque ne repetere quidem maluerit, quin potius quia  
 nio academico laudabiliter defunctus, Hafniam contendere statuerit, ut  
 KENIUS præsertim studium Ejus in Exegeticis proficiendi, quo ardentissime  
 bat, multisque aliis præstabat, abundantissime sedaret atque restingeret.  
 mode autem atque peropportune accidit heic, ut, S. R. M. Daniæ Consiliario  
 o, Excellentissimo atque Illustri Domino de PLESSEN dignus judicaretur  
 suis filiis, in summa quoque hodie aula Regiæ gratia florentibus, præficeret  
 endis, quo tanto diutius bellariis Lutkenianis uti fruique posset. Hanc spar-  
 um aliquamdiu ornasset, & Theologorum Hafniensium gratiam atque favo-  
 ribi conciliaffet, tandem amore exegeleos sacræ ductus, Gottingam se contu-  
 i per suæ doctrinæ ubertatem vitæque probitatem sic summis Viris placuit,  
 enuino Sandhagenii discipulo, intimoque ex paucis amico, Viro S. R. Dn. Su-  
 t. BUTEMEISTERO in familiaritatem reciperetur, facultatemque conseque-  
 Ejusdem consilia in studio harmonico, quo mirifice semper delectatus fuit,  
 es opus erat, sollicitandi & adeundi. Denique vero laudatissimum cepit  
 ium, collectos eruditionis thesauros ita cum Patria sua communicandi, ut  
 suo pridem merito Magistri Philosophiæ honoram, ultro etiam delatum,  
 ci potuisset, nunc ambitet & impetraret. Cum enim An. 1704. d. 15.  
 Procancellario b. GRAPIO, & Decano Facult. Philos. Henr. Christ. TIELKIO, J.  
 & Eloquent. Prof. septem eruditissimis Candidatis, nempe Georg. Henr. Ha-  
 , Erfurd. post Consil. Consist. Job. Balth. Nibenkio, Diac. postea  
 chim, Prussing, Past. & Præpos. deinceps Svanens. Johann.  
 Erhard Sprengeln, Rectori adhuc Schol. Rostochien-  
 & Georg. Nicol. Ockela, Past. Halensi, summi in Philosophia  
 ir, Noster Beatus primum ante nominatos locum obtinuit, quem  
 em ætatem sustinuit, ut variis ingenii speciminibus patriæ bo-  
 obaret, se non frustra Philosophiæ Magistrum fuisse creatum.  
 tionibus habendis, quæ communi tamen omnium applausu  
 am dabat, sed in cathedra Theologica aliquoties, ita ingenii  
 , ut facile omnes judicarent, talem Eum futurum, qualem  
 cognitum laudatumque fuerunt experti. Hinc sub præsidio  
 cathedram ascendit Theol. & A. 1705. d. 22 Maji, Apostolorum  
 ulo baptizato usque ad S. Canonis finem, strenue defendit Re-  
 a interim artis homileticæ cum examussim teneret, eadem  
 n Rostochiensis Academiæ coronam docuit, sed elaboratas  
 n institutionibus textus dominicales per integrum totius anni  
 us, qui Eodem utebantur intime, tradidit. In hoc labore  
 tæque Academicæ dulcedine traheretur, accidit non sine Dei  
 , ut dignus b. M. Joh. Hövet, quo vix per sexennium Gustro-  
 astore Parochiali, successor quæreretur. Tres præclarissimi  
 otibus instructissimi Viri-Juvenes, M. Matthias Henricus Egget-  
 o post, Anno nempe 1710. a Magnif. Rostoch. Senatu, Eccle-  
 . S. datus fuit Pastor, M. Joachimus Darjes, & M. Christ. Henr.  
 ulzenses sibi mox vendicarunt, digni fuerunt habiti, quibus  
 nostræ Civitatis Patres conscripti hanc sortem committerent.  
 Dom. XV. post Trinit. his Triumviris conciones injungeren-  
 o quidem suffragiorum studio certabatur, major vero audito-  
 ad partes M. Darjes accessit, eumque suum rite electum fa-  
 uam hic suis facundia & literarum copiis parem invenerat  
 mque campum, in quo non ingenii solum, sed ipsius quoque  
 ericlitaretur, nec ostentaret, sed multo etiam cum senore ab-  
 avis occasione, explicaret atque suæ Parochiæ probaret, id  
 ) 3 quod

